

que insignium | contemplatione ad posteritatis | memoriam decorandam statuam sub | auro fulgentem in foro divi Traiani | erigi conlocarique iusserunt.

Romae (VI 1727 vidit Henzen). — 1) *Fuit tribunus et notarius (cf. Mommsen Staatsr. I p. 527 not. 3).* — 2) *sacri lapis.* — 3) *A. 599; nam Peregrinus comes et procurator divinae domus ad quem scripsit Honorius a. 599 (cod. Theod. 9, 42, 16), videtur idem esse. Cf. Hirschfeld Verw. I p. 48 not. 1; Mommsen neues Archiv f. aelt. deutsche Gesch. 14, 1889 p. 464 not. 5.* — 4) *De praefecturis urbis Peregrini cf. de Rossi ann. inst. arch. 1849 p. 319 not.*

1276 Postumio Lampadio v. c. | et inlustri, cons. Camp.¹, | restitutori patriae | et redintegratori operum | publicorum, ordinis provisori, | populi subventori, ob insignia | eius unibersa, patrono longe | a maioribus originali, ordo | Capuensis voti et obsequi sui | pignus locavit.

Capuae (X 5860 partem vidit Mommsen, integra descripta aliquoties saec. XVI|XVIII). — 1) *Idem consularis Campaniae est X 1704. Idem videtur Postumius Lampadius praefectus urbis Romae inter a. 403—408 (VI 9920).*

1277 Fl. Stilichoni v. c.¹ | Fl. Stilichoni inlustrissimo viro | magistro equitum peditumque, | comiti domesticorum, tribuno praetoriano | et ab ineunte aetate per gradus clarissimae militiae ad columen gloriae | semipaternae et regiae adfinitatis evecto, | progenero² divi Theodosi, comiti divi | Theodosi Augusti in omnibus bellis | adque victoriis et ab eo in adfinitatem | regiam cooptato itemque socero³ d. n. | Honori Augusti, Africa consiliis eius | et provisione liberata⁴, ex s. c.

Romae rep. in foro a. 4539, basis magna marmorea (VI 1730 vidit Bormann): — 1) *Haec scripta in margine basis iam non extant.* — 2) *Uxor Stilichonis Serena filia fuit fratris Theodosii.* — 3) *Cf. supra N. 800.* — 4) *Significatur Victoria de Gildone reportata a. 598. Titulus positus esse videtur non multo post, certe ante annum 400, quo Stilicho primum consul prodiit.*

1278 [Fl. Stilichoni inlustrissimo] | viro, bis consuli ordinario¹, | magistro utriusque militiae, | comiti domesticorum | et stabuli sacri adque | ab ineunte aetate per | gradus clarissimae | militiae ad columen regiae | adfinitatis evecto, socio | bellorum omnium | et victoriarum adfini | etiam divi Theodosi Augusti | itemque socero | domni nostri Honori Augusti, | populus Romanus | pro singulari eius | circa se amore | adque providentia | statuam ex aere argentoque | in rostris ad memoriam | gloriae semipaternae | conlocandam decrevit, | exequente Fl. Pisidio Romulo | v. c. praef. urb.²

Romae basi magna marmorea, una cum praecedente ut videtur rep. (VI 1731). — 1) *Consul primum prodiit Stilicho a. 400, iterum a. 405.* — 2) *Cf. supra N. 799 not. 2.*

1279 Cl. Postumus Dardanus v. inl. et patriciae dignitatis, ex consulari provinciae Viennensis, ex magistro scripnii lib.¹, ex quaest., ex praef. pret. Gall.², et | Nevia Galla clar. et inl. fem., mater fam. | eius, loco cui nomen Theopoli³ est, | viarum usum caesis utrimque monatum laterib. praestiterunt, muros | et portas dederunt, quod in agro | proprio consti-